

Alexij Celadeni Episcopi Ballipolitani oratio ad
sacram Cardinalium senatum ingressurum ad nouum
Pont. eligendum.



In qua mihi optio pro suscepto dicendi hodie munere datur amplissimi patres mihi iustius vel vtilius et mea iam senectus et imbecillitas et rei magnitudo postulare posse videtur: quod prospicio vobis quod maxime pro futurum ut ea me sinceritate animi attentione quod audire velitis: quia ego erga vos pietate et in christianam reipublicam studio hoc onus suscepi. Agitur namque hodie de vniuersi ordinis vestri non leui iactura aliqua vel tolerabili damno. Sed de honore de fama de dignitate de libertate de salute temporalis ac perpetua tui vestra tui omnium fidelium christi. Et si me re ipsa post paulum audisse ostenderitis: vobis quidem ipsi hec omnia seruaturi et alia honesta ac vtilia perituri: ceteris et si non tot et tanta in multis tamen magnisque rebus bene consultari sitis. Magna sane atque ardua opus: et cui me proorsus imparer noueris: sed in hoc reliquit fortasse excusationis locum tui instituti rei que necessitas: tui duorum ex vobis maiestas quodam et autoritas et ea de me fides qua vel me irrequiro com vestrum scitu atque imperio hanc mihi proutiaz demandat ut tui vel maxime meum in hanc sanctissimam sedem studium et fidelissimus famulatus. Illud me et onus subitum perterruit: et ferentem nunc terret: et donec ad finem diuino auxilio pueniam anxium sollicitumque tenebit: quod video me in vtraque operis parte cogi aut a com temporis nostri blandiendi adulandi que more non discedere: aut veritate de core que seruato: nec multis grata dicere, nec placere cibus posse. Sed his angustiis circumseptum prestabit fortasse virum et senem Susane fortis pudice que mulieris exemplo, circumspectioi humanitati que vestre committere, que vel in conspectu peccare domini: vel in tali tanta que re quid me deceat et quid vobis conferat obliuisci. Quam vero de re integritatis indigentissima in integerrime mulieris memoria incidit: ad eius gratiam recurrendum esse censeo quod linguas infantium fecit disertas: et sine cuius auxilio rerum

Cause suscepti operis.

Mos nostri temporis.

Susana

Cum deo omnia
firma

principia tota q̄ opera fluxa ac fragilia sūt. Sacrosancto igitur patris ac filij nomine inuocato in tutissimū sancti spūs sinū nos ipsi recipiamus. & quo gratiaꝝ omniū dona & cuius auxilio hodierno die maxime indigemus. vt ille vndiq̄ fusus suo redissimo ac potentissimo digito & me ad dicendū que opportuna sunt dirigat: & vos sua gr̄a inspiratos amore: q̄ inflāmatos ad ea factēda conducatur. Illū ergo illum cuius hodie de more solēnia celebrantur verbisq̄ institutis sancte matris ecclesie inuocemus.

Veni. Veni. Veni sancte spūs reple horū corda membraq̄ omnia. & tui amoris in eis igne accēso ipse dñe que elegeris ipse ostēde. Voleo sapientes patres & dñi q̄ cum me vnus opis capace non videā duo cogor amplecti. q̄z nis enim de creando nouo pōtifice dicendū nobis hodie sit. tñ quia ille in **Alexātri** de mortui locū succedat oportet. **Alexandri** quoq̄ mentio necessaria esse videt̄. De **Alexandro** ergo pri⁹ pauca p̄stringā. nō q̄ plura dici nō possint. sed q̄a & ex more. primo exequiēz die **Reuerēdū**

Alexander.

Dos.

Prototonari⁹ archibaldus.

dñm Prototonariū Archiboldū funebri oratione multa de illo grauit̄ copioseq̄ disseruisse mihi p̄suadeo. non enim vt mortis licuit hominē audire. & illi iam nō nobiscū sed cū deo res est vt ab eo ministratiōis sue mercedē accipiat. nos vero noui pastoris desiderii res magis necessaria trahit. **Hispania** ceterioribz oritur eximiusq̄ fuit de cui⁹ feracitate ac nobilitate multa vel ex historijs vel

Claris viris parz splēdozis patrias addere.

ex relatu dicerē nisi cōptum haberē claris p̄ se ac nobilibz bus paruz splēdozis insignes patrias addere. obscuris & ignobilibz dānationis ēt cās esse. Et nisi confessus vestro intent⁹ non modicā vestrū partē **Hispanos** viderē. q̄bus si laudibus **hispanie** dintus innotaret. contra q̄ p̄fessus fuerā adulari fortasse videret̄. **Nascitur** **Alexāder** **Valētie** **Regni** pulcherrima & nobilissima sede. sub **Alfonso** **Valētinoz** & **Aragonū** clarissimo ac potētissimo **Rege**. **Borgiaz** familia splēdida vt audio & illustri. **Patrijs** deinde moribus a parētibz educat⁹ & institutus. **Boneniā** in **Italia** ad bonas artes & leges sacras capessendas trāsmittit̄. sub cura & ope auūcile tñ **Cardinalis** **Valētini**

Valētia **Alfon** sus rex.

Borgie.

postea Callisti tertij pape. a quo rogatus et non minus sua
 sponte motus Nicenus quem honoris et reuerentie gratia
 nomino. Tunc Bononie legatus ad bonos eum mores et
 studia sepius in me hortabatur. Ab auunculo vero in pontifica-
 tum assumpto post paululum in sacrum Cardinalium senatum ascen-
 dit. et Valentinie ecclesie prelatu donatur. Breui de in-
 de tempore elapso in cancellarij magistratu Francisco com-
 deimerio Cardinali Eugeniij quarti nepoti succedit. quod
 prius senator magna sibi auctoritate vel aduc iuuenis com-
 parauerat. Cancellarie magistratum adeptus plurimum iam
 in curia valere incepit. Et ut erat ad hec maxime accomo-
 dato ingenio incretandis sui ipis pontificibus quos sibi pro-
 futuros prospiceret. plurimum illis ope exhibebat. vnde nunquam
 presbyter et diacono presul est factus. Legationes vtriusque
 hispanie prius et deinde regni quoque Neapolitani ornan-
 de diademate Regine Jobane gratia gessit. Multos sue
 gentis hispanique nominis auxit. et in primis domesticos quos
 bus modo magistratus aulicos in sacerdotia condonabat.
 Pontificatum vero quasi expectatum et procuratum adeptus tam
 magna atque ampla ab ipso statim ingressu concipere. vel iam
 concepta agitare incepit. ut et Alexandri nomen relicto pro-
 more Roderici sibi indiderit. et orbem ipsum christianum
 quos vndique commouere potuisset consilium repisse a quibusdam
 iudicaretur. et sane non modo contiguas sed partes quoque re-
 motissimas mouit. Nouitati ac magnitudini rerum vsque
 adeo studuit ut nihil magis appetisse videatur quam quomodo
 ostendisset nihil sibi vel a legibus vel a natura vel a deo de-
 negatum fuisse. Et plane siqua fortuita vis in rebus huma-
 nis est et ea quam fortunam prisca nobis pio vocabulo per-
 missionem dei vocare licet reperitur. tam secunda et perpetua
 usus est. ut nihil eo fortunatus existimes fieri potuisse
 quo fiebat ut non secus quam ex sententia cuncta sibi successura sus-
 sciperet. Siquid vero aduersi passus fuisset. cum de prosperis
 despareret. de repente plus quam vel ipse optare potuisset prosequi
 batur. Naufragio fecit plurimis bonorum comitumque amissis.
 ipse euasit. Destilentia correptus aduc iuuenis preualuit. pro-
 pi in fulguris tecti progradis et altis et duorum oneratissimorum

Callistus. iij.
 Nicenus.

Valentina ecclesie.
 Pro cancellariis
 Fr. Comdeimerio
 Eugenijs. iij.

presul et diacono
 Legationes.
 Regina Jobana

Alexander
 Mos.
 Rodericus.

Fortuna.
 Dei permissio.

Fortune iudicia.

Bona Maria de populo.	tabulatorum ruinis senex oppressus et capite ac corpore concassatus intra .ix. et .xx. die ad diuæ Mariæ de populo quam præcipue venerabatur. soluendi voti gratia est lectica euectus ita et maris et terre et celi discrimina superabat. In conuiuando splendidus. in edificando magnificus fuit. ut
Opera magnificencie.	ex edibus eius non dum pontificis et ex urbana Nepefina vnetana et alijs arcibus. Et turri ex eius cognomine in
Ingenium.	edibus. vaticanis et templi sancte Mariæ in p̄sepe siue maioris laquearibus colligere licet. Ingenio quidem tam acro et callido fuit ut et alios ante se ad pontificatum iuuerit et post
Cum suis.	modum se quoque ipse vel aduersantium suffragiis valuerit euaxisse. Alio vero ad vastitatem magno. Cum suis et si plurimum eis indulserit. sui tamen iuris fuit in eos alioquin usque
Cum subiectis.	adeo beneficis. ut plures ipse in Cardinalem dignitatem pro uexerit quam alius annis totidem ad presulatum vocasset. A subiectis timeri quam amari malebat. Ignarus credo ut homo
Memorie tenacitas.	amore impia et diutius retineri. et facilius gubernari. timore proprio ad modum conuere. Memoria tam tenaci erat ut in signandis libellis quas supplicationes vocant. vel minimas particulas annis non paucis interlapsis memora-
In re diuina.	ret. In re diuina tam concinns et aptus. ut nec ijs cederet quod hoc vnice profiteretur. vnde ceremonijs quoque intermississimus
Ad risum.	erat. Ad risum tam multus et facilis. ut sicut animos sibi conciliabat. ita maiestatem. quæ retinere nitebatur. paulisper
Sermo.	plerumque relaxaret. Sermonem fuit usque adeo suauem et blandum. ut sicut nihil sibi denegari efficiebat. ita in tanta dignitate pontificia presertim minus decorum seruaret. quod plura
Forma oris.	adeo et sermone et ingenio confidebat. ut videretur non quid aggrediendum sed quid cupiendum cogitare. Unde tantam auri vim in pontificatu collegit. quante nec ipse fortassis si viueret rationem reddere posset. Forma etiam oris proceritateque corporis ut nostis egregia fuit. His autem nature fortuneque dotibus quomodo usus fuerit. quid apud vos attinet dicere. qui bene et fortasse melius nostis. Habet enim hoc etiam infelicitatis principatus quod in excelsis positus nihil celare potest. Illud certe utilitatis ab Alexandro Pontifice prouenisse facile affirmauerim. quod cum
Quid utilitatis ab Alex. pont.	

annis .xi. vixerit: et multa ac varia gesserit. Immensamque
 pecuniam in bellis gerendis et alijs diuersis sumptibus et
 rogauerit. ad extremum vero annum agens quartum et
 lxx. dum grauiter egrotaret factorum conscientia punctus con-
 trito dolentique animo ad lachrymas ut audio fusus sacro
 sanctum communionis corpus sua sponte. dilutis prius dili-
 gentissima confessione peccatis petierit. et alia sacramen-
 ta singulatim quesita perceperit. satis et vos quid nunc age-
 re debeatis. et successorem a quibus abstineat queque age-
 re debeat docuisse videtur. Pro quo et pro charitatis de-
 bito oro omnes atque obtestor ut eum pijs crebrisque pre-
 cibus dei clementie commendemus. Nos miseros morta-
 les vere infelices atque insanos. qui quanto plus viuere cu-
 pimur. tanto plus insane velle videmur. Ecce Alexan-
 drum tam prospera valitudine toto corpore hominem. non im-
 becillum. non decrepitu. sed longioris vite spe plenu. eaque
 animo concipientem vel gerentem que vix annis pluribus co-
 pleri potuissent. quadridua febris e medio abstulit et
 fors de repente extinxit. De me miserum. quem panteoante
 sublimem in sede illa maiestatis vectum stipatum militibus
 vinacem vultus et vigorosum vix intueri vel suspicere pri-
 pro diuesque homines vel propius accedere audebant. eorum
 diebus his humili feretro iacentem. turpem putidum. et usque
 ad horrores deformem peropposite sublimis ego e primis
 gradibus inferioribus inspexi. sed nec id pro horrore potui
 diutius sustinere. Et tu nunc et ad pontificatum usque ad ex-
 banclationem hancles. et dextera excelsi pro nihilo habita.
 non decori. non pudori. non timori. non legibus. non fidei. non
 amicis. non pecunie. quam cunctis proponis. non ipsi vite neque
 anime parcas. non eum assequi possis. quem an triduo gestu-
 rus sis nescis. quem si sciperes. et ut deberes gerere velles.
 non sublimi incessui. non ornatui corporis. non carni et san-
 guini. nec tibi soli. tuisque appetitibus quereres. sed humili-
 tati et saluti anime. et multorum commodis. et reip. bono. non
 ambires. sed fugeres. non quibus vis artibus peteres. sed
 vltro etiam oblatum recusares. Quibus ita sint patres am-
 plissimi neminem vestrum quantum vis iuuenem esse ar-

Dominum insa-
 nia accusatur.

Humana mise-
 ria deploratur.

In eos qui ad pon-
 tificatum banclat.

Que opus disua-
 serunt.

bitroz qui mortalitatem suam fragilitate moq; humanam
non cogiter. z pontificatus molem diligentius non perpe
dat. neminem qui non posthabita omni prebensatione ad
pontificatum z arte huic saltem orationis parti mentem
animumq; accommodet. vnde dum vestram quoq; me
cum sapientiam reputo z longam rerum magna ex parte
te peritiam agnosco: Desitare fateor. z quid noui apud

Que suaserunt.

Athenienses.

Vos de ratione eligendi Pontificis disseraz ignoro. At
contra dat animum, qd id sepe vestro euenisse ordini sensi.
quod Archidamus lacedemonius conterraneus meus
de Atheniensibus cum summam profiterentur sapien
tiam dixit: Nam cum parum aptum imperio impera
tozem delegissent. Athenienses, inquit que honesta z vti
lia sunt sciunt, at ea facere nolunt. ¶ Accedit qd ij vestru
quibus hoc accidit satis etiam penarum parum recte vo
luntati dederit. qd qd tanto sunt suo malo edocti vt nisi res
siperint nullius iam sit eis venie vel penitentie locus.

**Mortatur eos vt
malā de ipsis opi
nionem non veri
ficent.**

Dis mibi me ipsi adopus propositum confirmanti non
defuerunt qui idēidem illud dissuaderent duz spem oēz
fractus euacuant. z exuermaculo vulgato qd proverbio ve
stras aures cornicum que turres campanarum inhabitāt
similes dicūt. quibus ego apostolicum illud protuli vt iu
dicarent si in opere conspectuq; dei iustum esset eos po
tius qd deum audire. z item propheticū illud si in tali tan
taq; re non clamandum sed cessandum: nec vox veluti
tuba exaltanda esset: sed dei non populo: verum electis:
non scelera quidem: sed errata eorum ipsis z omnibus
perniciosissima monumentaq; salutaria subticenda eēt.
cum presertim ipsi sua sponte opus preceperint. quibus
non parere alias fortasse mibi soli. nunc non minus ipsis
qd mibi periculosum dānosumq; foret. perculso etiā n
miro quodam dei terroze sine cuius numine vix factum
videtur vt tot tantisq; viris ordinis huius pateritis exi
litati mee tantum munus demandaretur. vestru nunc erit
perpetuo declarare. recte ne an perperam de vobis hi sen
tiunt. z hec iudicia ab vtrozū peruersitate proueniant.
Quare cum bona venia vestra id quoq; in duo partiat. z

primo quid vobis hodie respiciendum in eligendo Pontifice sit: deinde succinde qualis is esse debeat dicā. Sapiens dictum Hesiodi poete est. qđ summus ẽt p̄bilosofus Aristoteles admodum probat. eũ esse optimũ viz qui ex se se omnia nosset proximũ autẽ huic: qui moueti alteri acquiescit. qui autẽ ne vtrũ horũ haberet: eum extremi ingenij esse. Qua propter oro atq; obsecro patres in dignitate maxima constituti z summã hodie rez omnium humanarum ac pene diuinã aduri: vos ipsi examine ac ppendite sapientiam vestram. z si forte vt humane partium fiditis: vel etiam fidentes: qđ sapientissimus est: securus in tanta re agere vultis: extremum illud fugite. z implozata septi formi gratia spũs sancti a quo iuxta vas electionis ois nostra sufficiencia est: medium sedari velitis. Et quoniam vt scđus ille doctor ait preteritorũ recordatio futurorũ exhibitio est: z M. Tullius vir sapiens magistrum vite historiã vocat. ad antiqua recurrere. Inuenietis enim illud Crispi salustij verissimum esse. facile ijs artibus imperia retineri qbus ab initio periuntur. z maiestatem illam ac imperiũ ecclesie que nunc magna ex parte imminuta labefactataq; videmus: tũc maxie initium sumpsisse: in immensumq; creuisse: tunc vere felicia tempora habuisse: tunc ipsam abominatam q̄ nunc vitiorũ flagitiorumq; monstra videmus: virtutũ odore bonorũq; morũ fragrasse z vere spũ scđo repletam fuisse: cũ sine strepitu sine armis. sprete: sprete: sprete inq; deiecta q; pecunia: z malis artibus oino remotis: hõines graues z bonos quasi Camillos. Curios. Lincinatos. absentes z nescios. recusantes z renitentes ac pene inuitos ad pontificatũ acciret. Eã nunc deformẽ atq; languentẽ: vestraq; opẽ implozantẽ respicite. qđ si necessitate eius parũ mouemini: ad potestatem quã vobis non ex p̄cepto saluatoris sed p se dederit ac sepius modis varijs vobis erepta vel turbatã restituerit cõfirmauerit impinxerit conuersi: perpendite quanti est. z in hoc vno vel ipso Pontifice qui omnia potest vos superiores agnoscite. Illius enim ex maximis que facit est. Cardinalem creare. hoc est consultorem sibi

Hesiodus.
 Aristoteles.

Pontificatus res
 maxima z pene
 diuina.

Vas electionis.

Scđus doctor.
 M. Tullius.

Crispus salustius

Qualis vetus ecclesia.

Camillos.

Curios.

Lincinatos.

Qualis presens.

Pontifex omnia
 potest.

Cardinalius potestas. ministrumque assumere. vos enim in dominum ad hanc et omnes alias potestates eligitis. ille vni regno vel populo Regem seu Principem dat. vos orbi vniuerso et ipsis Regibus Principem datis. Et modo potestate si pertina-
Quid futurum ex potestatis abusu eius abuti perseveraueritis et si ego taceo. quid futurum sit ipsi prospicite. Sed impetrata prius venia leuate obsecro capita vestra et a terrenis vos ad celestia reuocate. nec quod dei manifeste est sine deo facere per deum velitis.

Quomodo eligi Cardinales solebant. Iudices terre qui ad id ex singulis orbis partibus eque deligi solebatis et ad id constituti estis ut omnium causas cognoscatis. agitate animo quante perfidie sit et quot quantumque supplicia mereatur hoc facinus. si cum fidei et iudicio vestro ecclesia et orbis se christianus commiserit. vos illi
Sponsus. Aeno. Pastor. A lupus nunc vidue non sponsum sed lenonem. hunc erranti non pastorem sed lupum dederitis. Per nomen ipsum gloriosissime trinitatis patris et filij et spiritus sancti cuius rem hodie facturi estis. per humanitatem et fidem. per ius fasque per omnia patibula saluatoris et quotquot ex eis bona vobis et cibis prouenire liberate affectibus animos. et id vnum vobis persuadete. non posse bene publica geri nisi priuatis anteponantur. neque priuata conservari nisi publica bene gerantur. Quod si mihi non creditis. rebus ipsis et operibus credite. quod iis acciderit qui in eligendis pontificibus priuatis rebus consulere. et quae fera ac mani penitentia penas luere. ad memoriam reuocate. Sic enim nec illi ad suum fortasse redibunt vomitum. nec vos eorum facta non horrescetis. **U**icit mihi nescio quis. quid vis. quid instas. quid tam importune petis. virum bonum mihi fratrem in Pontificem quero. quod non sibi soli sed et tibi et mihi et cibus commodo sit. et patris nomen non immerito gerat. Modo hunc dederis. cogere in me omnes contumelias. et si bene non successerint. adde verbera. plagas adiunge. Audio quendam grauem probumque virum non insulse ut solet iocari. **U**anobis inquit dicunt Pontificem virum bonum. ubi est. velle cum in tanta re non locari. sed tamen scio quod velit. raros esse bonos affirmat. nec ego id nego. siquidem omnia bona rara. Sed oro te. cum vnus in orbe toto Pontifex maxi. sit. de vulgo

Confutatio dicti viri cuiusdam.

ne an de rarissimis deligi debet. de rarissimis aut. sed ubi
bunc ipsum inuenias inqt: in te ipso mi pater. mo ceteris
depositis z abiectis vno pascendi tuu pecus muner delecte
ris z gaudeas. si ad id te iducere neqs. si ta arduu z diffici
le putas. noli deu frustrate qz obre ipse decipere. z potifi
catu non mo non qras. sed nec oblatu accipias. Alium
quo qz e insde ordinis sperasse. que malu nouisset bonu in
pontificatu futuru dicere intellexi. Nefanda z ipsu pri
mis z oibus pnciosissimam voce que malu in minima li
centia reperit. huc sperat bonu in maxima fore. non ne id
proximu insanie imo vero summa insania est: Ad equum
vel asinu emenda consulere pitos. adhibere medicos. me
bratim oia pscrutari. z de occultis tepus ad expimentum
exposcere: Ad dnm sibi eligendu no vicinos. no amicos.
non pitos. no se ipsum consulere: sed pluris facere ptum
eq qz bona oia se qz ipsu que dni potestati comittit: De
pone de pone oes curas z hac vna te inflames z crucies.
vt quez qris quoqz ceges inuenias. pro quo si opus est exi
mete collegiu. Urbē. Italiā. supra mores. mare transmit
te. z qcqd est continentis ingre. nulla pfecto ex hoc vel ti
bi vel collegis iniuria facies si officio tuo vteris. si qd se
pe alias factu est feceris. Agite ergo pres diligentissimi
atqz optimi z expectationi Regū. Principū. cleri z xpia
ni populi satisfacere pparate. Videtis ide Turcu xpia
ni nomis hoste Italie cernitibus iminere. binc duos cla
rissimos ac potētissimos Reges xpianoz Regū prima
rios in quo z cōcordia z pace tota pene fideiū spes z in
fideiū calamitas vertit: z quoz saluti vel pietati nihil
est qd bec sanctissima sedes no debeat vsqz adeo bello ir
ritatos pñitari. vt nisi eoz mutuis odijs occurrat exitu
z regnis eoz z ipsi Italie ex diuturnitate atrocitateqz bel
li immineat. Quis ergo vl Turco vires opponi curabit
vel hoz simultatibus z discordijs quaru originem nostis
medebitur nisi hominem integerrimum atqz optimum z
omnis prozsus factiois exptem patre declaraueritis: qui
remotis qbusuis priuatis affectibus z sciat z velit e saltē
animo possit necessarios ad bec labores suscipere. z quod

Alia confutatio

Argumentu a mi
nimo.

Aptu ad pōti
ficatu vbiqz que
rendum.

Turcus.

Reges Gallie z
Hispanie.

Que pontifices
psentes calami
tates exposcunt.

Luria.
Urbs.
Italia.

Romana eccle-
sia et ei' culpe da-
namur.

quā pua cura eli-
gendi pōnificis a
quo mala bōaqz
omnia.

Mēbra. medici.

Ossa. colūne.

Articuli cardies
Cōtra icuriā ipie-
tatemqz eoz.

Herbe.

Sarmate.

ei non frustra preceptum animam suam ponat pro omnibus
suis. Videtis curiam Urbem Italianam varijs malis et
calamitatibus affectas tristes et mestas pedes vestros si-
bilasqz amplecti et lacrimabundas vix hec pauca presin-
gultibus promere posse. date nobis medicū: date pastorem:
date principem: date perētē. curate vulnera quae forsan per
impudentiam inflixistis. postquam cure vestre est: providete
ut curemur. nō negligamur. ut pascamur nō deglutiamur:
ut regamur nō occidamur: ut diligamur non cruciemur.
Videtis ecclesias oēs fere per orbem despectas: nihil magis
desiderare vel cupere vel egerere quā Pontifice sancto et bono. qui
non sibi soli et quibus indulget: sed et ipsis Pontificatum sus-
cipiat. gerat. exerceat. quaeque multorum et aliorum sunt sibi
non vendicat. quae ad curam laboresqz dantur non in deli-
cias vertat. et deniqz quod ad edificationem recipit non ad
destructionem exaptet. Videtis Romanam ecclesiam ca-
put orbis: et normam quōdam et speculū factis principibus
apostolice sanctitatis corporibus et innumerabiliū marty-
rum ditatā atqz ornatam: tot tantisqz vitiorum flagitiorumqz
generibus infectam et languidā: ut neqz hoc sacratissimū
templum obscenitatem passurum. neqz diem ad nume-
rum. neqz fidem ad novitatem vel magnitudinem. neqz lin-
guam ad recensendum suffeduram existimē. et quod ple-
num discriminis vel potius exitus est: ita totus simul cor-
pus eius laborare: ut a capite ad plantam pedis nulla sit
sanitas in eo. Nunqz non ignoratur fluxa quodam capitibus
omnia infici et corrūpi: minimam tamen vel nullā curam haberi
capitis: cum eadē sint eius et mēbra et medici. et ossa siue col-
ūne quibus fulcitur. et articuli siue Cardines quibus moue-
tur. vsqz adeo nec futura et eterna prospiciunt: nec presentia
satis p̄p̄dūt. Pro bone Ihesu sustinebis ne ulterius tue
quondā dilectissime sponse hoc corpus piclitari: et quos
tue iusticie tueqz sp̄ose p̄pugnatores defensoresqz esse vo-
luisti: eos quanto magis quotidie breuitatē huius vite
perspiciunt: tanto minus quā Herbe vel Sarmate retribu-
tionem factorum meditari: nec eorum corda flectes: sed nos-
tras et tot fidelium preces quibus iam diebus xxx. iuuantur

tur: et lachrymas quibus nunc eos ad rem euntes prosequi
 mur irritas fieri dñe patieris: et si nostre duriciei pueniat.
 non est tue clemencie princeps qui nos tuo pretiosissimo san
 guine redemisti. Sed ignoscite obsecro patres si dolore
 intimo tactus ex singulari tñ erga vos pietate comoueor.
 Et p dei atq; hominum fide si ea que dei filius nobis
 paomissit: et pro qbus ad mortem tot millena millia martyrum
 eum sequuta sunt: q; hinc cerni tangiq; nequeunt negli
 guntur. Saltē hec que videntur et appetuntur. et ad que
 omnia fiunt: bona inquam et imperium ecclesie totq; alij pro
 ventus quos ex principum pietate populorumq; feruore que
 nunc plurimum refriferunt precipitis: nō negligantur. immo
 vero nō prodantur. pdentur enī prodentur si malo vel pa
 rum apto principi comendabitur. et qd dico illa: Vos ip
 sos credite mihi prodetis. potentes enim et diuites insidia
 torē: egeni et supplices: contemptorem habebitis et antiq; s
 simum prouerbiū illud malū consiliū consultori pessimū
 esse in vobis ipsi experiemini. Atq; vtinam vřo duritia
 xat incommodo: quod tamen deus auertat: tale incen
 dium extinguatis: sed timeo ne que nuncq; vos compara
 stis ea quoq; pdatis. et cum de potestate paulo ante time
 rim. Vereor ne de reliquis quoq; illud propbeticum eue
 niat. vt auferantur gēti huic prauē et alteri tradent. Vos
 patres pvestra singulari prudentia cum omnium maloz
 periculorumq; tā preteritorum q; presentium q; futuro
 rum malam electionem capitis in causa esse conspicias
 tis. abstinete obsecro abstinete a malis tactis et dānis. nec
 tot animas. tā latum imperium. tantam dignitatem ac po
 testatem vosq; ipsi simul perditum ire velitis. sed unicū
 ac presentaneum remediū in his languoribus bonum p dō
 tificem applicate. Quis autem hic sit oportet. Paulus
 ad Timotheum scribentem interrogate. Chrysostomus
 percontemint. nihil certe ab alio luculentius vel sapiētis
 vel copiosius habere potestis. Siquid tñ breuius planis
 usq; desideratis. fidele prudentemq; a dño cōstitui no
 stis. fidelem nempe vt amet non mactet et que recipiet
 queq; ipse pariet illesa conseruet prudentem. vt et noua

Exhortatō vt ca
 rentur saltem tēs
 poralia si perpe
 tua negligunt.

Que sequētur ex
 malo pontificē.

Prouerbiū.

Mala electio es
 pitis maloz eius
 causa fug: end.

Pōtifer bonus
 ad mala oia rme
 diū singulare.

Paulus Timot.
 Chrysostomus.
 Dominus.

Nullus aptior parlat z euerfa restaret z turpe facta expurget. At ego
nō potente. rōne t̄pis habita eū q̄ aptissimū ēt puto q̄ nō mō pro se
Contra ambitio que pro cōi oīam z vestra in primis salute dicunt̄ z ad q̄
nem z pontifica dicenda vel inuitū ea q̄ passim fieri sentio trabunt. **U**i
tus desiderium. deo nāq̄ rē p̄uiciofissimi exēpli maximiq̄ piculi: z de q̄
Veteres leges. non mō nō sperari sed ne cogitari quidē q̄cōq̄ boni potest.
Posteriores. Et a sacris vetustisq̄ legibus nullū fidelē christianū mō
Celeste dictum. sit aptus **P**ōtificatu excludi, a posterioribus vero ad ele
vij. z xxx. ingres ctionē eius vestrū ordīnē dūtaxat admitti: z tū iter vos pe
furi. titores eius esse q̄ p̄urimos, electores q̄ paucissimos, z
ultima p̄monitio celeste illud dictūz. **N**osce te ipsum: proorsus exoleuisse.
Petri exemplo **Q**uāobrē p̄ mea erga singulos pietate z oēs simul ob
utendum euz de seruantia, id postremo vobis suggero patres: vt quā vij. z
aliquā ambigitur xxx. eligēdi locū īgressuri estis: vnū aut dūtaxat **P**ōtificē
Animā mundo esse oportet: ea mente oēs īgrediamini, vt nequa q̄ alter
toti anteponēda. in aliter respiciat: nec q̄cōq̄ aliud cogitet, aut in alio labo
ret: q̄ quo mō deo q̄ p̄iens oīa cōspicit z ai cōscētie que
nos p̄petuo comitat̄: z bonoz opinionē, z laudi satisfaci
turus: z nō minus eoz exitus q̄ malis artibus **P**ōtifica
tū cōtulerūt vel h̄sequuti sūt fugiturns: oīs iacture lucri
odij ac benivolētie cogitatiōe ad petrā q̄ xp̄s est, elisa cri
bratis examinatisq̄ oīum quos nouerit meritis: non mō
collegaz, sed vniversi ēt orbis p̄stantissimū hoc est **P**ōri
ficio munerī aptissimū eligere possit. Siquid vero ambi
guitatis sup duobus vel pluribus occurrerit: nō pudeat
piscatoz successores piscatoris de successore college ver
bis z actibus vti, z euz eo clamare ad dñm cuius interest
quicq̄ oīa nouit. vt ipse quē ex his elegit ostēdat. sic enim
z aliis q̄ dixi z t̄ie sue q̄sq̄ satisfaciet cuius iacturam nec
vniverso mūdo repēdendā dñs iudicauit. z scūs ille spūs
cuius opē initio implozauimus aderit. z ex eius senten
tia omnia fient. prestante dño nostro **J**esu christo qui cū
patre z eodē spiritu sancto viuūt z regnat in secula secul
lorum Amen.